

ξώμεθα, καρδίας, χείλη, δύματα, μέτωπα εἰλικρινῶς προσάπτοντες· καὶ ἀρυσώμεθα ίαμάτων ἄφθονα χαρίσματα ἐκ πηγῆς ἀεννάου βλαστάνοντα.

PG 96, 1368 Δέχου παρ' ἡμῶν φθὴν τὴν «ἐξόδιον», Μῆτερ τοῦ ζῶντος Θεοῦ, καὶ τῇ φωτοφόρῳ σου καὶ θείᾳ ἐπισκύασον χάριτι· τῷ βασιλεῖ τὰ τρόπαια, τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ τὴν εἰρήνην, ἄφεσιν τοῖς μέλπουσι καὶ ψυχῶν σωτηρίαν βραχεύουσα. 1979

INCERTUS AUCTOR

HOMILIAE¹

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE VIRGINIS

PG 10, 1148 Homilia I.² [...] Σήμερον Γαβριήλ, ὁ τῷ Θεῷ παριστάμενος, πρὸς τὴν Παρθένον ἀγνήν παραγίνεται, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος. Ἡ δὲ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ὁ δὲ ἀγγελος εὐθέως ὑπῆγαγεν λέγων· «Ο Κύριος μετὰ σοῦ, μὴ φοδοῦ, Μαριάμ· εὑρες γάρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· διὸ [ἄλ. ἴδού] συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσουσι [ἄλ. καλέσεις] τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Γίδες Ὑψίστου αἰληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δα-

amplectemur, pectora, labra, oculos, frontem sincere affigentes; indeque hauriemus copiosa medicaminum munera, e perenni fonte manantia.

PG 96, 1367 Accipe a nobis, Dei viventis Mater, canticum *De exitu*; nosque luciferae ac divinae tuae gratiae sub umbra protege; regi triumphos, Christicola populo pacem, canentibus veniam animarumque salutem elargiens. 1979

PG 10, 1147 Homilia I.² [...] Hodie Gabriel, qui Deo assistit, ad castissimam Virginem veniens, illud, *Ave, gratia plena*³ ipsi annuntiat. Ipsa vero secum cogitante qualis esset illa salutatio, angelus confessim subiunxit, dicens: *Dominus tecum, ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ideo concipies* [al. *ecce concipies*] *in utero, et paries filium: et vocabunt* [al. *vocabis*] *nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ipsi Dominus Deus se-* 1980

● PG 94, 749, 765, 1009, 1012, 1172, 1185, 1240, 1252, 1316, 1329, 1332, 1357, 1358, 1392, 1413, 1416, 1417, 1424, 1425, 1432, 1453, 1481, 1489, 1492, 1497, 1587, 1589, 1597.

● PG 95, 9 41, 125, 129, 192, 193, 196, 197, 204, 205, 213. ■ 265, 277, 313, 317, 321, 328, 337, 348, 349, 353, 360, 361, 384, 409.

■ PG 96, 548, 576, 589, 613, 836, 840, 845, 912, 913, 1344, 1345, 1349, 1352, 1353, 1356, 1360, 1372, 1373, 1376, 1377, 1380, 1381, 1384, 1385, 1388, 1389, 1392, 1396, 1397, 1400, 1401, 1404, 1405, 1408, 1449.

¹ Agitur de tribus *Homiliis* Ps.-Gregorii Thaumaturgi.

² Secundum Leroy, homilia haec potest attribui *Chrysippo* († 479). Negat Jugie. Caro attribuit eam *Anonymo* cuidam (post Cone. Chalcedon.) qui eam composuit ex aliis homiliis (cf. RPhTh, 539-540).

³ Lc. I, 28.

διὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπεν δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκω; » Ἄρα μένω ἔτι παρθένος; Ἄρα μὴ τῆς παρθενίας ἡ ἀξία προδίδοται; Ταῦτα διαποροῦσαν τὴν ἀγίαν Παρθένον, συντόμως ὁ ἄγγελος προφέρει τοῦ λόγου τὸ κεφάλαιον, λέγων· « Πνεῦμα ἀγίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σου ἀγίου, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ὁ γάρ ἔστι, τοῦτο καὶ πάντως κληθήσεται. Πρεπόντως Ἄρα τὴν ἀγίαν Μαριὰμ ἐκ πασῶν γενεῶν μόνην ἡ χάρις ἐκλέκεται. Σοφὴ γάρ ὅντως κατὰ πάντα ἐτύγχανεν· οὐκ δμοίᾳ [ἄλ. δμοιος] αὐτῇ ἐν πασῶν γενεῶν τις γέγονεν πώποτε. Οὐχ ὡς ἡ πρώην [ἄλ. πρώτη] παρθένος Εὔα μόνη ἐν παραδείσῳ χορεύουσα, χαύνῃ τῇ διανοίᾳ, ἀπεριέργως παρὰ τοῦ ἀρχεκάνου δψεως τὸν λόγον ἐδέξατο, καὶ οὕτως ἐφθάρη τὸ τῆς διανοίας φρόνημα [ἄλ. τῷ τῆς καρδίας φρονήματι]. καὶ δι' αὐτῆς ὁ δόλιος τὸν ἴὸν ἐκχέας, καὶ τὸν θάνατον συγκεράσας, εἰς πάντα τὸν κόσμον εἰσήγαγεν· καὶ διὰ τοῦτο πᾶς [ἄλ. ἄπας] ὁ μόχθος τῶν ἀγίων ἐγένετο· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ, τὸ ἐκείνης πταῖσμα [ἄλ. πτῶμα] ἀνασέσωσται. Καὶ οὐ * πρότερον ἡ ἀγία τὸ δῶρον ἐκαρτέρησεν ὑποδέξασθαι, πρὶν ἀν μάθῃ τίς ὁ πέμπων, καὶ τί τὸ δῶρον, καὶ τίς ὁ φέρων. Ταῦτα

*1149

*dem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo istud fiet mihi, quoniam virum non cognosco?*¹ Numquid virginitatis dignitas in me prodetur et amittetur? Quae dum, velut admirabunda, secum animo sanctissima Virgo versaret, breviter angelus sermonis summam profert, ac dicit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*² Nam quod est, hoc et omnino vocabitur. Conveniente igitur sanctam Mariam ex omnibus generationibus solam gratia elegit. Nam prudens revera ac sapiens in cunctis erat: nec similis ei, ex universis generationibus ulla umquam est reperta. Non sicut antea virgo Eva [al. prima virgo] sola in paradiſo chorū agens atque tripudians, relaxata mente per incuriam ab auctore omnis mali serpente, verbum suscepit; et sic sensu mentis [al. mente cordis] corrupta est, ac per ipsam fraudulentus venenum effundens, mortemque admiscens, in omnem mundum introduxit: ac propterea omnis sanctorum aerumna nata est; verum in sola sancta Virgine, eius lapsus reparatus est. Neque prius sanctissima Virgo donum admisit, quam, quis illud mitteret, et quodnam donum esset, ac quis ferret, addidicisset.

¹ Lc. I, 28-34.² Ibid.

καθ' ἔαυτὴν διηπόρει ἡ ἀγία λέγουσα, φησί, πρὸς τὸν ἄγγελον· Πόθεν ἡμῖν οὕτως τὴν εὐλογίαν ἔξεκόμισας; Ἐκ ποίων ἡμῶν θησαυρῶν ὁ μαργαρίτης τοῦ λόγου ἀπέσταλται; Πόθεν ἡμῖν ἡ δωρεὰ τὴν ὑπόθεσιν [ἄλ. ὑπόσχεσιν] κέκτηται; Ἐξ οὐρανοῦ παραγέγονας, ἀλλ᾽ ἐπὶ γῆς βαδίζεις· ἀνθρώπου χαρωκτῆρα ἐπιδεικνύεις, καὶ λαμπάδα φωτὸς ἀπαστράπτεις. Ταῦτα ἐν ἔαυτῇ ἡ ἀγία διενοεῖτο, τοιούτοις δὲ λόγοις ὁ ἀρχάγγελος τὴν διάκρισιν αὐτῆς ἔλυσεν, εἰπὼν πρὸς αὐτήν· «Πνεῦμα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Γύψιστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον, κληθήσεται Γίδης Θεοῦ». Καὶ «μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· οὐ γάρ φόδῳ καταπλῆξαι σε παραγέγονα, ἀλλ᾽ ἀποδιώξαι τοῦ φόδου τὴν ὑπόθεσιν. «Μὴ φόδου, Μαριάμ· εὑρες γάρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ». Τὴν χάριν κατὰ φύσιν μὴ ἀνάκρινε. Νόμοις [ἄλ. νόμῳ] γάρ φύσεως, ἡ χάρις ὑποθαίνειν οὐκ ἀνέχεται. Ἔγνως, ὅ Μαριάμ, τὰ τοὺς πατριάρχας καὶ προφήτας λανθάνοντα. Μεμάθηκας, δὲ Παρθένε, ἢ μέχρι τοῦ νῦν κεκρυμμένα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐτύγχανον. Ἀκήροις, ὅ παναγία, ὡν οὐδέποτε ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡξίωται. Μωϋσῆς καὶ Δαΐδ, καὶ Ἡσαΐας, καὶ Δανιήλ, καὶ πάντες οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ προεκήρυξαν· ἀλλὰ τὸ πῶς, οὐκ ἐπίσταντο. Σὺ δὲ μόνη, ὅ παναγία Παρθένε, τὰ τούτοις ἀπασιν ἀγνοηθέντα μυστήρια, νῦν ὑποδέχῃ, καὶ μανθάνεις [ἄλ. ὑποδέχου, καὶ μάνθανε] τὸ πόθεν. "Οπου γάρ Πνεῦμα ἄγιον, πάντα ἐτοίμως κατήρτισται. "Οπου θεία χά-

*1150 Quae dum secum, velut anceps loqueretur, ait ad angelum: Unde sic nobis * benedictionem apportasti? Ex cuiusmodi thesauris, verbi margarita nobis emissa est? Unde nobis donum materiam [al. promissum] paravit? Ex coelo advenisti, at in terra incedis; humana formam exhibes, et lucis fulgore resplendes. Haec dum intra se cogitaret sanctissima Virgo, talibus archangelus sermonibus discepcionem eius solvit, dicens ad ipsam: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Et, *Ne timeas, Maria:* non enim ut metum tibi incenterem, adveni; sed ut metus materiam a te repellerem. *Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.* Ne diuides gratiam secundum naturam. Legibus [al. legi] enim naturae se subiici gratia non patitur. Nosti, o Maria, quae patriarchas et prophetas latebant. Didicisti, o Virgo, quae adhuc angelis etiam fuerunt abscondita. Audisti, o sanctissima, quae numquam divino Spiritu afflitorum chorus audire meruit. Moyses et David, Isaias ac Daniel, cunctique prophetae de ipso praedicaverunt; sed modum rationemve ignorarunt. Tu vero sola, o sanctissima Virgo, quae his omnibus ignota fuerunt mysteria, nunc suscipis, causamque intellegis [al. suscipe et intellige]. Nam ubi Spiritus sanctus, cuncta prompte atque incunctanter perficiuntur. Ubi divina adest gratia, omnia

ρις, πάντα τῷ Θεῷ δυνατά. « "Ἄγιον Πνεῦμα ἐπὶ σὲ ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις 'Γύψτου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον, κληθήσεται Γίδες Θεοῦ". Εἰ δὲ Γίδες Θεοῦ, καὶ Θεός, σύμμαρφος τῷ Πατρί, καὶ συνατέλιος, ἐν ᾧ πᾶσκαν κέκτηται ὁ Πατὴρ τὴν φανέρωσιν· ὁ χαρακτὴρ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ διὰ τοῦ ἀπαυγάσματος ἡ δόξα καταλάμπεται. Καὶ ὥσπερ ἐκ τῆς ἀενάου πηγῆς οἱ ποταμοὶ προέρχονται· οὕτως καὶ ἐκ ταύτης τῆς ἀενάου καὶ ἀειζώου πηγῆς, προέρχεται τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τὸ ἀένναν καὶ ἀληθινόν, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Περὶ ταύτης γάρ οἱ προφῆται κεκράγασιν· «Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὄρμήματα εὐφραίνουσι [γρ. τὸ ὄρμημα εὐφραίνει] τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ»· οὐ μίαν δὲ πόλιν, ἀλλὰ πάσας· ὥσπερ γάρ μίαν πόλιν, εὐφραίνει τὴν οἰκουμένην ἀπασαν. Πρεπόντως τοίνυν ὁ ἄγγελος [ἄλ. ἀρχάγγελος] τῇ ἀγίᾳ Μαρίᾳ Παρθένῳ πρώτῃ πάντων, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», προεσήμανεν ἐπειδὴ μετ' αὐτῆς ὅλος ὁ θησαυρὸς τῆς χάριτος ἐναπέκειτο. Ἐκ πασῶν γάρ γενεῶν αὕτη μόνη παρθένος ἀγία σώματι καὶ πνεύματι γέγονεν· καὶ μόνη φέρει τὸν τὰ πάντα τῷ ὄρματι φέροντα. Καὶ οὐ μόνον θαυμάζειν ἔστιν τὸ τῆς ἀγίας τὸ ἐν σώματι κάλλος· ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὸν ἐνάρετον τρόπον. Διὸ καὶ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», αὐτῇ πρώτῃ ὁ ἄγγελος [ἄλ. ἀρχάγγελος] προσεφώνησεν· «'Ο Κύριος μετὰ σοῦ», καὶ οὐ γήϊνος νυμφίος·

Deo sunt possibilia. Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideo et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Si autem Filius Dei, etiam Deus, eiusdem formae cum Patre, et coaeternus; in quo omnem Pater possidet clarificationem; character atque imago in persona; et per splendorem gloria refulget. Et quemadmodum ex perenni fonte procedunt flumina, sic et ex hoc perenni ac semper vivo fonte, progedit perennis et vera lux mundi, Christus Deus noster. De eo namque prophetae clamarunt: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei,¹ neque unam dumtaxat civitatem, sed omnes; nam sicut unam civitatem, universum terrarum laetificat orbem. Convenienter igitur angelus [al. archangelus] sanctae Mariae Virgini, primo omnium, illud: Ave, gratia plena, Dominus tecum, prae significavit: quoniam eum ipsa totus gratiae thesaurus reconditus erat. Ex omnibus enim generationibus, haec sola virgo, sancta corpore et spiritu exstitit, solaque fert eum qui verbo omnia portat. Et non solum admiracionem nobis parit sanctissimae illius in corpore pulchritudo, sed et virtutes animae eius. Ideo et verbis illis: Ave, gratia plena, primum angelus [al. archangelus] ipsam salutando compellavit: Dominus tecum, et non terrenus sponsus, sed ipse sanctificationis [al. sancti-

¹ Ps. XLV, 5.

*1152 * ἀλλ' αὐτὸς ὁ τοῦ ἀγιασμοῦ Κύριος, ὁ τῆς ἀγνείας [ἀλ. ἀγίας] πατήρ, ὁ τῆς ἀφθαρσίας κτίστης, καὶ τῆς ἐλευθερίας δοτήρ, ὁ τῆς σωτηρίας κηδεμών, καὶ τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης ταμίας χορηγός, ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ τῆς ἑκείνου πλευρᾶς τὴν Εὔαν προσλαβόμενος [ἀλ. προ-βαλλόμενος]: οὗτος ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ πάλιν ἐκ σοῦ. Δεῦρο [ἀλ. δεῦτε] τοίνυν, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς τῷ ἀγγειλιῷ αἰνῶ συνεπόμενοι, τὴν κατὰ δύ-
ναμιν ὅφειλήν εὐγνώμονες [γρ. εὐγνωμόνως] ἀποτίσωμεν, λέγοντες: « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Σὸν γάρ τὸ χαίρειν ἀληθῶς ἐπειδὴ μετὰ σοῦ ἡ θεία χάρις, ὡς οἴδεν, ἐσκήνωσεν· μετὰ τῆς δούλης, ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης· μετὰ τῆς ὡραίας, « ὁ ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ». μετὰ τῆς ἀμιάντου, ὁ ἀγιάζων τὰ σύμπαντα. Μετὰ σοῦ ὁ Θεός, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. « Χαῖρε, κεχαριτω-
μένη », ἡ πηγὴ τοῦ φωτός, τοῦ φωτίζοντος πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », τοῦ νοητοῦ ἥλιου ἡ ἀνατολὴ [ἀλ. ἥλιον τῆς δικαιο-
σύνης ἡ ἀνατολή], καὶ τὸ τῆς ζωῆς ἀμίαντον ἄνθος. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », ὁ λειμῶν τῆς εὐωδίας. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », ἡ ἀμπελος ἡ ἀειθαλής, ἡ εὐ-
φραίνουσα τὰς ψυχὰς τῶν σὲ δοξαζόντων. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », ἡ ἀγεωρ-
γητος καλλίκαρπος ἄρουρα. Κατὰ φύσιν μέν, διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὸν χρόνον τῆς ἀσκήσεως [κυήσεως]: παρὰ φύσιν δέ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ φύσιν, διὰ

tatis] Dominus, pater castitatis, incorruptionis auctor et libertatis dator; salutis procurator, et verae pacis conservator atque largitor; qui ex terra virgine creavit hominem, et ex illius latere ac costa

*1151 Evam assumpsit [al. protulit, * creavit]: hic Dominus tecum, et rursum ex te. Agite igitur, charissimi, et nos angelicam consecantes laudem, debitum pro viribus grati [al. grato animo] persolvamus, dicentes: *Ave ac gaude, gratia plena, Dominus tecum.* Tuum enim vere est avere atque gaudere; quoniam tecum divina gratia, ut novit, habitationem elegit; cum ancilla, Rex gloriae: cum speciosa, *speciosus forma prae filiis hominum;*¹ cum impolluta, qui sanctificat universa. Tecum Deus, et ex te Deus, ac perfectus homo, in quo omnis plenitudo divinitatis inhabitat. *Ave, gratia plena,* fons lucis, qui cunctos in ipsum credentes illuminat. *Ave, gratia plena,* intelligibilis solis oriens [al. solis iustitiae oriens], et flos vitae immaculatus. *Ave, gratia plena,* pratum fragrantissimum. *Ave, gratia plena,* vitis semper vigens; quae animas glorificantium te laetificas. *Ave, gratia plena,* ager qui non exaratus fructus profert pulcherri-
mos: secundum naturam quidem, eo quod more nostro, et tempore motus gestationisque servato protulisti; at praeter naturam, aut potius supra naturam, quia superne divinum Verbum advenit, et in

¹ Ps. XLIV, 3.

τὸν ἀνωθεν ἐνδημήσαντα Θεὸν Λόγον, καὶ ἐν τῇ ἀγίᾳ σου γαστρὶ τὸν Ἀδάμ ἀναπλάσαντα, καὶ τὸ μὲν γόνιμον, τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ παρέσχεν τὸ ἄγιον Πνεῦμα· ἡ δὲ ἀλήθεια τοῦ σώματος προσελήφθη ἐκ τοῦ σώματος αὐτῆς. Καὶ ὥσπερ ὁ μαργαρίτης ἐκ τῶν δύο φύσεων, ἐξ ἀστραπῆς καὶ ὕδατος, ἐκ τῶν ἀδήλων σημείων τῆς θαλάσσης προέρχεται· οὕτως καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως, ἐκ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀγνῆς, καὶ ἀμιάντου, καὶ ἀγίας Παρθένου Μαρίας προέρχεται, ἐν θεότητι τέλειος, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, κατὰ πάντα δόμοιος τῷ Πατρί, καὶ δόμοιούσιος ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἀμαρτίας.

- 1981** Πλεῖστοι τῶν ἀγίων Πατέρων, καὶ πατριαρχῶν, καὶ προφητῶν, ἐπε-
θύμησαν ἰδεῖν, καὶ αὐτόπται γενέσθαι, καὶ οὐ γεγόνασιν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν,
διὰ ὁράσεις αὐτὸν τυπικῶς ἐν αἰνίγμασιν [ἀλ. ἐν αἰνίγματι] ἔθεάσαντο· οἱ δὲ
ἐν στόλῳ νεφέλης θείας φωνῆς ἐν ἀκροάσει γεγόνασιν, καὶ ἀγίων ἀγγέλων
συνέτυχον διπτασίαις· πρὸς Μαρίαμ δὲ Παρθένον μόνην τὴν ἀγίαν, Γαβριὴλ
ὁ ἀρχάγγελος [ἀλ. ὁ ἀγγελος] φωτιστικῶς παρεγένετο, τὸ «Χαῖρε, κεχαρι-
τωμένη», αὐτῇ εὐαγγελίζόμενος· καὶ οὕτως τὸν Λόγον ἐδέξατο, καὶ ἐν τῷ
καιρῷ τῆς σωματικῆς συμπληρώσεως, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην προή-
νεγκεν. Δεῦτε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ὡς ἀγαπητοί, τὰ ἐκ τῆς τοῦ Δαΐδ θεοπνεύ-
στου κιθάρας, ἡμῖν δεδειγμένα μελωδήσωμεν, λέγοντες· «Ἀνάστηθι, Κύριε,

sancto tuo utero Adamum reformavit, ac fecunditatem quidem Spiritus sanctus sanctae Virgini praebuit; verum autem corpus ex eius corpore assumptum est. Et sicut margarita ex duabus naturis, ex fulgure nimirum et aqua, occultis quibusdam indiciis ac signis maris provenit; ita quoque Dominus noster Iesus Christus, inconfuse et immutabiliter ex pura ac casta, et impolluta ac sancta Maria Virgine progreditur, in deitate perfectus, et in humanitate perfectus. Patri per omnia similis, et nobis per omnia consubstantialis, sed omnis peccati expers.

- 1981** Plurimi sanctorum Patrum, patriarcharum et prophetarum de-
siderarunt eum videre et coram spectatores fieri, et non potuerunt.
Et alii quidem ex ipsis per visiones adumbratim in aenigmatibus
[al. in aenigmate] conspexerunt; alii vero in columna nubis divi-
nam vocem audierunt, et sanctorum angelorum aspectibus potiti
sunt; ad Mariam autem virginem solam sanctam Gabriel archan-
gelus [al. angelus] claro lumine venit, *Ave, gratia plena*, ei annun-
tians; et sic ipsa Verbum suscepit, et in tempore corporeae comple-
tionis pretiosam margaritam produxit. Adeste igitur, vos quoque
charissimi, et dulcia verba illa ex spiritali David cithara nobis re-
praesentata decantemus, dicentes: *Surge, Domine, in requiem tuam*,

PG
10, 1152PG
10, 1151

*1153 εἰς τὴν ἀνάπτωσίν σου· σύ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἀγιάσματός σου». Κιβωτὸς γὰρ ἀληθῶς, ἡ ἀγία Παρθένος, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν κεχρυσωμένη, ἡ δὲν τὸν Θησαυρὸν δεξαμένη τοῦ ἀγιάσματος. * «'Ανάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπτωσίν σου». «'Ανάστηθι, Κύριε», ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρός, ἵνα ἔξαναστήσῃς τὸ πεπτωκὸς γένος τοῦ πρωτοπλάστου. Ταῦτα πρεσβεύων ὁ Δασὶδ πρὸς τὴν ἔξ αὐτοῦ μέλλουσαν βλαστάνειν ῥάβδον τὸ καλλίκαρπον ἐκεῖνο ἄνθος, προφητεύων ἔλεγεν· «'Ακουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ Πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστιν Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ προσκυνήσεις [ἄλ. προσκυνήσουσιν] αὐτῷ». «'Ακουσον, θύγατερ», τὰ πρώην εἰς σὲ [ἄλ. περὶ σοῦ] προφητεύόμενα· ἵνα καὶ τοῖς γνώσεως ὀφθαλμοῖς θεωρήσῃς τὰ πράγματα. «'Ακουσον ἐμοῦ σοι προμηνύοντος, καὶ τοῦ ὀρχαγγέλου σοι τὰ ἐντελῆ σοι μυστήρια διαρρόήδην ἀναγγέλλοντος. Δεῦτε τοίνυν, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν προλαβόντων μνήμην ἀναδραμόντες, τὴν ἔξ Ἰεσσαὶ ῥάβδον ὑπερφυῶς οὕτως βλαστήσασιν δοξάσωμεν, ἀνυμνήσωμεν, μακαρίσωμεν, εὐφημίσωμεν. Οὐ γάρ μόνῳ τῷ [ἄλ. μόνῳ τὸν] Ἰωσήφ, ἀλλὰ καὶ τῇ θεοτόκῳ Μαρίᾳ προμαρτυρῶν [ἄλ. προσμαρτυρῶν] ὁ Λουκᾶς, ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, ἱστορεῖ πρὸς αὐτὴν τὴν τοῦ Δασὶδ οἰκειότητα· «'Ανέδη γάρ ὁ Ἰωσήφ, φησίν, ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς πόλιν τῆς Ἰουδαίας, ἦτις καλεῖται Βηθλεέμ, ἀπογρά-

*1154 *tu, et arca sanctificationis tuae.*¹ Vere enim arca est sanctissima Virgo, intrinsecus et extrinsecus deaurata, quae universum sanctificationis thesaurum suscepit. *Surge, Domine,* in requiem tuam. Surge, Domine,* ex sinu Patris, ut collapsum primi parentis genus erigas. Haec postulans ac deprecans David, ad virgam, quae ex ipso pulcherrimi illius fructus florem germinatura erat, vaticinans dicebat: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviousere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet rex decorem tum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum.*² *Audi, filia,* quae antea in te [al. de te] praedicta sunt: ut et cognitionis oculis res ipsas contempleris. Audi me tibi praesignificantem, et archangelum perfecta tibi mysteria diserte annuntiantem. Venite igitur, dilectissimi, et nos ad memoriam ea quae praecesserunt revocantes, virgam illam ex Iesse sic admirabiliter atque ineffabiliter germinantem glorificemus, collaudemus, beatam praedicemus, laetisque acclamacionibus excipiamus. Non enim soli [al. solum] Ioseph, sed et Dei genitrici Mariae testimonium perhibens Lucas, in divinis Evangelii, ad ipsam David familiam atque cognationem respiciens, enarrat ac dicit: *Ascendit autem et Ioseph a Galilaea in civitatem Iudeae, quae*

¹ Ps. CXXXI, 8.

² Ps. XLIV, 11-12.

ψασθαι σὺν Μαριάμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί, οὕσῃ ἐγκύῳ, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐξ οίκου καὶ πατριᾶς Δασίδ». [...]

- 1982 Homilia II.² Ἐορτὰς μὲν ἀπάσας καὶ ὑμνῳδίας, δέον ἡμᾶς θυσιῶν δίκην PG 10, 1156 προσφέρειν τῷ Θεῷ· πρώτην δὲ [ἄλ. πρῶτον δὲ] πάντων, τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἀγίας Θεοτόκου, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», τὸν παρὰ τοῦ ἀγγέλου πρὸς αὐτὴν γεγονότα· ἐπειδὴ καὶ πρώτη πάσης σοφίας [ἄλ. πρὸ τῆς σοφίας πάσης] καὶ σωτηρίου διδασκαλίας ἐπὶ τῆς νέας διαθήκης, τὸ «Χαῖρε κεχαριτωμένη», παρὰ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων ὑμᾶς ἀπεστάλη. «Κεχαριτωμένη» δὲ εἰπών, πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων συμπεριέλαθεν. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἐπὶ τῇ ἀγίᾳ συλλήψει καὶ ἐπὶ τῇ ἐνδόξῳ κυήσει. «Εὐαγγελίζομαι ὑμᾶς χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ».

[...] Ἐπειδὴ γάρ ἡ ἀγία Μαρία ἐν σαρκὶ οὖσα, τὴν ἀφθαρτὸν πολιτείαν ἐκέκτητο, ἀρεταῖς τε παντοίαις πολιτευσαμένη, καὶ βιώσασα κρείττον ἦ κατὰ ἀνθρωπὸν διὰ τοῦτο, δὲ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος σάρκα ἀναλαβεῖν, καὶ τέλειον ἀνθρώπινον ἐξ αὐτῆς κατηξίωσεν· ἵνα δι’ ἣς σαρκὸς ἡ ἀμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, καὶ διὰ τῆς ἀμαρτίας δὲ θάνατος, διὰ τῆς αὐτῆς σαρκὸς κατακριθῆ ἡ ἀμαρτία ἐν τῇ σαρκὶ.

*vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante; eo quod essent ipsi e domo et familia David.*¹ [...]

- 1982 Homilia II.² Cunctas quidem festorum celebritates atque hymnodias decet nos sacrificiorum instar offerre Deo: primum autem omnium, Annuntiationem sanctissimae Dei genitricis, verbis illis comprehensam, *Ave, gratia plena*³ quae ab angelo ad eam facta est: quoniam et prima omnis sapientiae [al. ante omnem sapientiam] et salutaris doctrinae in Novo Testamento illa nobis salutatio a Patre luminum emissa est. *Gratia autem plena* dicens, omnem naturam humanam complexus est. *Ave, gratia plena,* in sancta conceptione, et in glorioso partu. *Annuntio vobis gaudium magnum,* quod erit omni populo.⁴

[...] Nam quoniam S. Maria in carne dum esset, purissimam vitam, omnique genere virtutum exultam, optimamque supra humanae naturae consuetudinem, gerebat; ideo aeterni Patris Verbum carnem ex ea, et perfectam humanam naturam suscipere dignatum est; ut per quam carnem peccatum in mundum introivit, et per peccatum mors, per eamdem carnem peccatum in carne condemnetur.

¹ Lc. II, 4.

² Viri docti attribuunt Homiliam hanc *Proclo, Chrysippo, Apollinari* Laodiceae vel *Anonymo* cuidam saeculi V. Probabiliter prima pars Homiliae est Chrysippi (cf. RPhTh, 540).

³ Lc. I, 28.

⁴ Lc. II, 10.

*1157

[...] Πρὸς Παρθένον ἀγνήν Γαβριὴλ ἀπέσταλται· ὁ ἀσώματος πρὸς τὴν ἐν σώματι μετελθοῦσαν τὴν πολιτείαν τὴν ἄφθαρτον, ἐν ἀγνείᾳ, καὶ ἐν ἀρεταῖς βιώσασαν. Καὶ ἐλθὼν πρὸς * αὐτήν, πρῶτον τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », αὐτῇ εὐαγγελίζεται οὕτως· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη ». Σὺ γάρ τὰ τῆς ὄντως χαρᾶς πράττεις ἀξία· ἐπειδὴ σὺ τὸν ἀσπιλὸν χιτῶνα ἐνδέδυσαί, καὶ τὴν ζώνην τῆς σωφροσύνης περίκεισαι. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », δοχεῖον τῆς ἐπουρανίου εὐφροσύνης τυγχάνουσα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη »· διὸ σοῦ γάρ ή χαρὰ πάσῃ τῇ κτίσει βραβεύεται, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολαμβάνει τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη »· ὅτι ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου ὁ κτίστης τῶν ἀπάντων μέλλει βαστάσεσθαι. 'Η δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ διεταράχθη· ἀήθης γάρ πρὸς πάσας τὰς διαλέξεις τῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανεν· καὶ τὴν ἡσυχίαν, ὡς μητέρα σωφροσύνης καὶ ἀγνείας, ἡσπάζετο, καθαρὸν ὑπάρχουσα, καὶ ἀκέραιον, καὶ ἀμόλυντον ἄγαλμα, αὔτη τὴν ἀγγελικὴν ὅψιν οὐκ ἐδειλίασεν, ὡς οἱ πλειόνες [ἄλ. πολλοί] τῶν προφητῶν· ἐπειδὴ καὶ παρθενία ἀληθῆς πρὸς ἀγγέλους συγγένεια τυγχάνει, καὶ ἴσομοιρία. 'Επιμελῶς γάρ ή ἀγία Παρθένος τὴν λαμπάδα τῆς παρθενίας φυλάττουσα, καὶ πολλὴν τοῦ μὴ σδεσθῆναι, ἥ σπιλαθῆναι, πρόνοιαν εἶχε. Καὶ καθάπερ ἐν τις λαμπράν στολὴν περιβεβλημένος, πολὺν ποιεῖται λόγον, μή τις μολυσμός, ἥ ρύπος πόθεν προσγένηται· οὕτως ή ἀγία Μαρία ἐν ἔωτῇ διενοεῖτο, καὶ ἔλε-

*1158

[...] Ad castissimam Virginem missus est Gabriel; incorporeus, ad eam quae in corpore vitam transigebat incorruptam, in castitate * ac virtutibus viventem. Et ad ipsam veniens, primum illud, *Ave, gratia plena, Dominus tecum*, ipsi sic annuntiat: *Ave, gratia plena*. Tu enim quae revera gaudio sunt digna agis: quoniam immaculatam induta es vestem, et cingulo continentiae ac pudicitiae cincta es. *Ave, gratia plena*, quae supercoelestis laetitiae vas es atque receptaculum. *Ave, gratia plena*; nam per te, gaudium omni dispensatur creaturae, genusque humanum antiquam dignitatem recuperat. *Ave, gratia plena*; quoniam in ulnis tuis Creator universorum gestabitur. Ipsa vero in hoc turbata est verbo: nam ad quoscumque viorum affatus erat insolita, et quietem atque silentium ut continentiae ac castitatis matrem amplectebatur; cumque puritatis atque integritatis immaculatum simulacrum esset, aspectum ipsa angelicum, sicut plures ex prophetis non reformidavit; quoniam et affinitatem quamdam ac similitudinem vera virginitas cum angelis habet. Studiose quippe sanctissima Virgo lampadem virginitatis conservabat, et ne extingueretur aut commacularetur, provide diligenterque curabat. Et siue aliquis splendido amictus vestimento, magnam rationem ac curam adhibet, ne qua inquinatione ac sorde contaminetur; ita quoque sanctissima Maria intra se cogitabat atque

γεν· Μή τινα ἄρα κατασκευὴν ἡ θωπείαν ἡ θεραπεία κέκτηται; Μή τὸ « χαῖρε » τοῦτο λύπης αἴτιον μοι γενήσεται, καθὼς πάλαι τῇ προμήτορι Εὔφῳ ὁ ὀφεοδαίμονος συνέργητος παραδοχὴ τῆς χρηστολόγου ὑποσχέσεως τῆς θεώσεως; Μή πάλιν « εἰς ἄγγελον φωτός μετασχηματισθεὶς ὁ ἀρχέκακος » δαιμων, καὶ τῷ ἐμῷ μνήστορι φθονῶν τῆς ἄγαν σωφροσύνης, καὶ τούτῳ προσβαλῶν δι’ ὅμιλίας τάχα χρηστῆς, καὶ μὴ ἴσχυσας ὡς στερβόν νοῦν, τὸν ἀνδρα ἀπατῆσαι, ἐμοὶ προσῆλθεν ὡς ἀπαλωτέρᾳ κεκοσμημένῃ τῇ διανοίᾳ, καὶ τὸ « χαῖρε » ἐπιφωνεῖ τὸ ἐξ ὑστερον ὄχαρι; Μή ἄρα ὁ μακαρισμὸς καὶ ἀσπασμὸς ἐν εἰρωνείᾳ γέγονε; Μή τις ἵδες ἐν τῷ μέλιτι κέκρυπται; Μή λόγος μὲν εὐαγγελιζομένου, σκοπὸς δὲ συλοῦντος; « Ήν γάρ οὐκ οἶδεν αὐτός, πόθεν ἀσπάσεται; Ταῦτα ἐν ἔντελῃ διηπόρει, καὶ ἔλεγεν. Τότε πάλιν ὁ ἀρχάγγελος προσφωνεῖ αὐτῇ χαρὰν τοῖς πᾶσι πιστήν, καὶ ἀδιαιρετον, προμηνύων καὶ λέγων αὐτῇ: « Μή φοβοῦ, Μαριάμ [ἄλ. χαρὰν ἀδιαιρετον, καὶ λέγει· Μή φοβοῦ, Μαριάμ], εὗρες γάρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Ἐχεις σύντομον τὴν τῶν ὥρθέντων ἀπόδειξιν. Οὐ μόνον γάρ σοι, τὸ μηδὲν φοβεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφοβίας τὸν τρόπον αἰνίττομαι. Δι’ ἐμοῦ γάρ πᾶσαι αἱ οὐράνιαι δυνάμεις, σὲ τὴν ἀγίαν Παρθένον ἀσπάζον-

dicebat: Numquid forte artificium aliquod ac fraudem, vel assentationem iste ministerii atque obsequii actus in se continet? Numquid *ave* istud doloris mihi causa erit, sicut olim primae matri Evae, blanda divinitatis promissio, quam ex daemoniaci serpentis operatione susceperebat?¹ Numquid rursus *in angelum lucis transfiguratus* mali auctor daemon² et meo sponso suam valde pudicitiam invidens, blandoque eum sermone fortasse oppugnans, et non valens viri mentem tamquam firmorem decipere, ad me quasi teneriore decoratam mente accessit; et istud mihi *ave* invenustum in posterum intonuit? Numquid per ironiam beatificatio atque salutatio illa facta est? Numquid venenum sub melle occultatum? Numquid verba quidem fausta nuntiantis; at scopus est depraedantis? Quomodo enim quam non novit ipse salutat? Haec apud se dubia cogitatione versabat atque dicebat. Tunc rursus gaudium cunctis credibile atque indubitate archangelus ipsi annuntiat, et dicit: *Ne timeas [al. gaudium indivisibile] ei annuntiat, ac dicit: Ne timeas], Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.*³ Habes brevem dictorum demonstracionem. Non solum enim tibi quod nihil timendum est, sed et fiduciae rationem innuo. Nam cunctae per me coelestes potestates te sanctam Virginem salutant: quin et ipse coelestium omnium potestatum do-

¹ Gen. III, 5.

² II Cor. XI, 14.

³ Lc. I, 30.

ταῖς αὐτὸς δὲ μᾶλλον ὁ κυριεύων πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἀπὸ πάσης τῆς κτίσεως, σὲ τὴν ἀγίαν καὶ παγκόσμιον ἐκλέκται· καὶ διὰ τῆς ἀγίας καὶ ἀγνῆς, καὶ καθαρᾶς, καὶ ἀμιάντου σου γαστρός, ὁ φωτιστικὸς μαργαρίτης προέρχεται εἰς σωτηρίαν πάσης τῆς οἰκουμένης· ἐπειδὴ πάσης ἀνθρωπίνης φύσεως [ἄλ. κτίσεως], καὶ σὺ ἡ ἀγία, ἐνδοξοτέρα, καὶ καθαρωτέρα, καὶ δοιωτέρα γεγένησαι· λαμπροτέραν μὲν ὑπὲρ χιόνα ἔχουσα τὴν διάνοιαν, παντὸς

*¹¹⁶⁰ * δὲ χρυσίου δοκιμωτέρου κεκαθαρμένον τὸ σῶμα· γαστέρα δέ, οἷαν ὁ Ἱεζεκιὴλ ἐθεάσατο, καὶ ποίαν δὲ ἴστορησεν, τοιάδε λέγων· « Ὁμοίωμα ζώων ὑπὲρ κεφαλῆς, ὧσεὶ στερέωμα, καὶ ὡς ὄρασις κρυστάλλου φοβεροῦ, καὶ ὁμοίωμα θρόνου ἐπ’ αὐτῶν, ὡς ὄρασις λίθου σαπφείρου· καὶ ἐπάνω τοῦ θρόνου, ὡς ὁμοίωμα ἀνθρώπου, καὶ ὡς ὄρασις ἥλεκτρου· καὶ ἔσωθεν αὐτοῦ, ὡς ὄρασις πυρός, κύκλῳ ». Σαφῶς δὲ τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου τεχθέντα ὁ προφήτης τυπικῶς ἐθεάσατο· δὸν σύ, ἀγία Παρθένε [ἄλ. μακαρία Παρθένε], φέρειν οὐκ ἵσχυες, εἰ μὴ πάσης δόξης, καὶ ἀρετῆς κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον [ἄλ. τὸν θρόνον ἐκείνου] ἐξήστραπτες. Ποίοις οὖν ἐγκωμίων ῥήμασι τὴν παρθενικὴν διαγράψωμεν ἀξίαν; Ποίοις ἐπαίνων νεύμασι καὶ κηρύγμασι τὸν ἀσπιλὸν ἀνυμνήσωμεν χαρακτῆρα; Ποίαις πνευματικαῖς ὕμνῳδίαις καὶ λέξεσι δοξάσωμεν τὴν ὑπερένδοξον ἐν ἀγγέλοις; Αὕτη ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ

minator, ex omni creatura, te sanctissimam et ornatissimam elegit; et per sanctum ac castum, purum atque impollutum ventrem tuum, fulgidissima margarita in salutem totius terrarum orbis prorogreditur; quoniam et tu sancta, omni * humana natura [al. creatura] gloriosior ac purior sanctiorque effecta es: ac nive quidem candidiorem habens mentem, quovis autem auro quantumvis probato purificatum magis corpus; ventrem vero, qualem Ezechiel vidit, et qualem recensuit, talia dicens: *Similitudo animalium super caput, quasi firmamentum, et quasi aspectus crystalli formidabilis, et similitudo throni, super ea, quasi aspectus lapidis sapphiri; et super thronum, tamquam similitudo hominis, et quasi aspectus electri; et intrinsecus eius, velut aspectus ignis, per circuitum.*¹ Perspicue igitur propheta natum ex sanctissima Virgine, in figura ac umbra cernebat: quem tu, sancta Virgo [al. beata Virgo] portare non posses, nisi omni gloria atque virtute pro tempore illo refulgeres [al. contra throno ipsius coruscates]. Quibus igitur encomiorum verbis dignitatem virginalem describamus? Quibus laudum significationibus atque praeconii immaculatam eius formam celebremus? Quibus spiritualibus canticis atque elocutionibus gloriosissimam inter angelos glorificemus? Haec, in domo Dei instar fructiferae olivae plantata,

¹ Ezech. I, 22, 26, 27.

πεφυτευμένη, ὡς κατάκαρπος ἐλαία, ἐν ᾧ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεσκίασε [ἄλ. ἐπισκιάζει] δι’ ἣς υἱούς καὶ κληρονόμους ἡμᾶς κέχληκεν τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας. Αὕτη, ὁ δειθαλής τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος· ἐν ᾧ τὸ ζωοποιὸν ξύλον φυτευθέν, τοῖς πᾶσιν χορηγεῖ ἀθανασίας καρπούς [ἄλ. ἀφθαρσίας καρπόν]. Αὕτη, παρθένων τὸ καύχημα, μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα. Αὕτη, πιστευόντων στήριγμα, καὶ εὐσεβῶν κατόρθωμα. Αὕτη, φωτὸς ἔνδυμα, καὶ ἀρετῆς [ἄλ. ἀληθείας] ἐφέστιον. Αὕτη, πηγὴ ἀένακος, ἐν ᾧ τὸ ζωὸν ὄδωρ ἔβλυσε τὴν ἔνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Αὕτη, δικαιοσύνης ἔχύρωμα, καὶ ὅσοι ταύτης γεγόνασιν ἐρασταί, καὶ τῆς παρθενικῆς ἐρῶσι γνησιότητος καὶ καθαρότητος, τῆς ἀγγελικῆς ἀπολαύσονται χάριτος. "Οσοι τοῦ οἴνου τῆς μέθης [ἄλ. οἴνου καὶ τῆς μέθης], καὶ τῶν σικέρων ἀπέχονται τῆς ἥδυπαθείας, ἐκ τοῦ γεννήματος εὐφρανθήσονται τῆς ζωηφόρου φυτείας. "Οσοι τὴν λαμπάδα ἀσθεστὸν διετήρησαν τῆς παρθενίας, τὸν ἀμαράντινον στέφανον ἀναδήσονται τῆς ἀφθαρσίας. "Οσοι τὸν τῆς σωφροσύνης ἀσπιλον περιεποιήσαντο χιτῶνα, εἰς τὸν μυστικὸν τῆς δικαιοσύνης παραληφθήσονται νυμφῶνα. "Οσοι τοῦ ἀγγελικοῦ βαθμοῦ πλησιαίτεροι γεγόνασι, γνησιαίτερον τοῦ δεσποτικοῦ κατατρυφήσουσι μακαρισμοῦ. "Οσοι τὸ φωτιστικὸν ἔλαιον τῆς διανοίας, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ συνειδότος θυμίαμα κέκτηνται, τῆς εὐώδίας τῆς πνευματικῆς, καὶ τῆς υἱοθεσίας [ἄλ. πνευματικῆς υἱοθεσίας] κληρονομήσουσι τὴν

cui Spiritus sanctus obumbravit; per quam nos filios et haeredes regni Christi vocavit. Haec semper vigens immortalitatis paradisus, in qua lignum vitae plantatum cunctis immortalitatis fructus [al. incorruptibilitatis fructum] suppeditat. Haec virginum gloriatio, et matrum iubilatio. Haec credentium firmamentum, et piorum perfectum exemplum. Haec lucis indumentum, et virtutis [al. veritatis] domicilium. Haec fons perennis, in quo aqua viva scaturivit atque produxit Domini in carne adventum. Haec iustitiae munimentum; et quicumque eius, ac virginalis ingenuitatis puritatisque amatores fuerint, angelica gratia perfruentur. Quicumque a vino ebrietatis [al. a vino et ebrietate] et sicera voluptatis abstinuerint, ex genimine vivifcae plantationis laetificantur. Quicumque virginitatis lampadem inexstinctam conservaverint, immarcescibili immortalitatis corona¹ exornabuntur. Quicumque immaculatam temperantiae ac pudicitiae vestem comparaverint, mystico iustitiae thalamo excipientur. Quicumque proprius ad angelicum gradum accesserint, perfectius quoque deliciis Dominicæ beatitudinis reficiantur. Quicumque perlucidum mentis oleum, ac purum conscientiae thymiama possederint, boni spiritalis odoris adoptionisque [al. et adoptionis spiritalis] promissionem consequentur. Quicumque digne

¹ I Petr. V, 4.

ἐπαγγελίαν. "Οσοι ἀξίως τὸν Εὐαγγελισμὸν ἔορτάζουσι τῆς θεοτόκου Παρθένου Μαρίας, γνησιαίτερον τῆς ἀγγελίας, τοῦ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », κομίζονται μισθαποδοσίαν. Δεῖ οὖν ἡμᾶς τὴν ἔορτὴν ταύτην ἔορτάζειν, ἐπειδὴ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. [...]

*¹¹⁶¹ Πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ γέγονεν ὁ Εὐαγγελισμὸς τῆς κεχαριτωμένης Μαρίας, ἡ πολυύμνητος τοῦ Σωτῆρος οἰκουμοία, ἡ ἔνθεος αὐτοῦ καὶ ὑπερκόσμιος διδασκαλία. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀνατέλλουσιν τοῦ νοεροῦ φωτὸς αἱ ἀκτῖνες. Ἐντεῦθεν ἀναβρύουσιν ἡμῖν αἱ πηγαὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς ἀθανασίας, διειδῆ καὶ καθαρὰ ἐκχέουσαι τῆς εὐσεβείας τὰ νάματα. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀπαστράπτουσιν οἱ θησαυροὶ τῆς θεογνωσίας.

^{PG}
^{10, 1164} [...] "Οτε δὲ ἥλθεν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον Μαριὰμ εὐαγγελιζόμενον προαπέσταλκεν. Ὁ δέ, ἀπὸ τῶν ἀφράστων ἀνω δυνάμεων πρὸς τὴν ἄγιαν Παρθένον παραγενόμενος, πρῶτον τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », αὐτῇ προσεφώνησεν· τῆς δὲ φωνῆς τοῦ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », πρὸς αὐτὴν γενομένης διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσῆλθεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον εἰς τὸν ἀμιάντον ναὸν τῆς Παρθένου· καὶ ἡγιάσθη ἡ ἔννοια σὺν τοῖς μέλεσι· καὶ ἔστη ἡ φύσις ἀντικρυς, καὶ ἡ συνουσία πόρρωθεν, μετὰ θάμβους θεωροῦσαι τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως παρὰ φύσιν, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα θυματουργοῦντα ἐν τῷ σώματι· καὶ

1983

Dei genitricis Virginis Mariae Annuntiationem celebraverint, pleniorē etiam angelicae salutationis illius, *Ave gratia plena*, mercedem referent. Oportet igitur nos hanc festivitatem celebrare, quoniam gaudio atque laetitia eunctum terrarum replevit orbem. [...]

*¹¹⁶² * Cunctorum nobis bonorum principium Annuntiatio Mariae gratia plenae exstitit, laudatissima Salvatoris dispensatio, divinaque eius atque altissima coelestis doctrina. Hinc nobis spiritalis lucis exoriuntur radii. Hinc nobis sapientiae et immortalitatis scaturiunt fontes; qui limpidos ac puros rivos pietatis effundunt. Hinc nobis divinae cognitionis resplendent thesauri. [...]

^{PG}
^{10, 1165} [...] Quando porro venit plenitudo temporum gloriosi adventus sui, archangelum praemisit Gabrielem ad Mariam Virginem, qui laetum ipsi nuntium deferret. Hic autem ab ineffabilibus supernis potestatibus ad sanctissimam Virginem deveniens, primum illis verbis: *Ave, gratia plena*,¹ ipsam compellavit ac salutavit: qua quidem verborum voce ad eam facta, in ipsa mox auditione Spiritus sanctus in immaculatum Virginis templum ingressus est; et sanctificata est mens eius simul cum membris; stetitque natura ex adverso, et concubitus procul, cum stupore spectantes naturae Domini num praeter naturam, atque adeo supra naturam, rem admirabilem

1983

¹ Lc. I, 28.

δι' ὃν ὅπλων ὁ διάδοιος ἡγανίζετο, διὰ τῶν ἐναντίων ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἔσωσεν, ἀναλαβὼν τὸ ὄμοιοπαθὲς ἡμῖν σῶμα, ἵνα τῷ λείποντι μείζονα χάριν [ἄλ. χαρὰν] δωρήσηται. Καὶ ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἀμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Πρεπόντως δὲ ἡ χάρις πρὸς τὴν ἀγίαν Παρθένον ἀπέσταλται. Οὕτως γάρ καὶ πιριέχει τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας τὸ λόγιον «Τῷ μηνὶ δὲ τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβρὶὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ὃ δύομα Ἰωσήφ, ἔξ οίκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ· καὶ τὸ δύομα τῆς παρθένου, Μαρίᾳ», καὶ τὰ λοιπά. Πρῶτος δὲ μὴν οὗτος πρὸς τὴν ἀγίαν Παρθένον· καθώς φησιν ἐν τῇ νομικῇ βίβλῳ· «Ο μὴν οὗτος ὑμῖν, ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτος ἔστιν ὑμῖν, ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ». Πάσχα ἄγιον ἔορτάσατε [ἄλ. ἔορτάσετε] τῷ Κυρίῳ εἰς πάσας τὰς γενεὰς ὑμῶν. «Εκτὸς δὲ μὴν πρὸς Ζαχαρίαν. Εἰκότως δὲ ἡ ἀγία Παρθένος ἐκ γένους Δαβὶδ ἐτύγχανεν, καὶ τὴν Βηθλεὲμ πατρόδα ἐκέκτητο, καὶ τῷ Ἰωσήφ κατὰ νόμους συγγενείας δικαίως ἐμεμνήστευτο. Καὶ φύλαξ ἦν ὁ μνήστωρ, καὶ ὁ ἀφθαρσίας ἀκηράτου σύνοικος. Καὶ τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ λίαν πρέπον δύομα. Μαρία γάρ ἐκέλητο· ὅπερ δὴ «φωτισμὸς» ἐρμηνεύεται. Τί γάρ τοῦ φωτὸς τῆς παρθενίας λαμπρότερον; «Οθεν καὶ τὰς ἀρετὰς παρθένους δύομάζουσιν, οἱ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀγαθῶς στοχαζόμενοι. Εἰ δὲ

in corpore perpetrantem; et per quae diabolus arma decertaverat, per contraria nos Christus liberavit, assumpto corpore quod pati posset, ut nostrum; ut deficiente humano generi maiorem gratiam [al. gaudium] tribueret. Et ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Convenienter igitur gratia ad sanctissimam est Virginem missa. Sic enim et evangelicae historiae continet oraculum dicens: *Mense autem sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, ex domo et familia David; et nomen virginis, Maria,¹ et reliqua.* Primus vero hic est mensis, quo ad sanctissimam Virginem missus est archangelus; sicut et in legali libro ait Scriptura: *Mensis iste vobis principium mensium, primus est vobis in mensibus anni.²* Pascha sanctum celebrate [al. celebrabitis] Domino, in cunctis generationibus vestris. Sextus vero mensis apud Zachariam. Merito igitur sanctissima Virgo ex genere David fuit, et Bethlehem patriam possedit, ac Ioseph secundum consanguinitatis leges iure desponsata. Et custos eius erat sponsus, atque incorruptionis ipsius intemeratae cohabitator. Et sanctissimae Virgini valde suum quadrabat nomen: Maria * enim nuncupata erat, quod *illuminatio* interpretatur. Quid enim splendore virginitatis illustrius? Quapropter et virtutes virgines denominant, qui recte essentias earum coniiciunt. Quod si tantum est bonum

*1166

¹ Le. I, 26-27.² Exod. XII, 2.

*1165 τοσοῦτον ἀγαθόν, παρθένον ἔχειν καρδίαν, ἡλίκον ἡ σάρξ μετὰ τῆς ψυχῆς τὴν παρθενίαν ἀσκήσασα; Οὕτως καὶ ἡ ἀγία Μαρία ἐν σαρκὶ οὖσα, * τὴν ἄφθαρτον πολιτείαν ἐκέπτητο, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου λεχθέντα, πίστει ἐδέχετο. Καὶ τότε μετὰ σπουδῆς πρὸς τὴν Ἐλισάβετ τὴν συγγενίδα αὐτῆς, εἰς τὴν ὁρεινὴν ἐπορεύετο. «Καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ζαχαρία, ἡσπάσαστο τὴν Ἐλισάβετ», μιμησαμένη τὸν ἄγγελον. «Ως δὲ ἤκουσεν τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκιρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἀγίου ἡ Ἐλισάβετ». Οὐκοῦν ἡ φωνὴ τῆς Μαρίας ἐνήργησε, καὶ Πνεύματος ἀγίου τὴν Ἐλισάβετ ἐνέπλησε [ἄλ. ἐπλήρωσε]· καὶ καθάπερ ἐξ ἀεννάου πηγῆς διὰ τῆς γλώττης ποταμὸν χαρισμάτων, διὰ τῆς προφητείας τῇ συγγενίδι ἐξέπεμψεν· καὶ τοῖς ποσὶ τοῦ βρέφους τῇ γαστρὶ δεδεμένοις, ἀλλεσθαι καὶ σκιρτᾶν παρεσκεύασεν. «Οπερ ἦν χορείας θαύματος σύμβολον. "Ενθα γάρ ἡ κεχαριτωμένη παραγεγένηται, χαρᾶς τὰ πάντα πεπλήρωται. «'Ανεφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ἡ Ἐλισάβετ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς μέ;»». «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ». Σὺ γάρ αὐταῖς ἀρχὴ τῆς ἀναπλάσεως [ἄλ. ἀναστάσεως] γέγονας. Σὺ παρέγεισαν ἡμῖν τῆς εἰς παράδεισον εἰσόδου δέδωκας, καὶ τὴν

habere cor virginitate praeditum, quantum tandem erit caro, quae cum animo virginitatem coluerit? Sic et sancta Maria in carne dum esset, vitam incorruptam atque immaculatam possidebat, ac verba ab archangelo dicta in fide suscepiebat. Tuncque cum festinatione ad Elisabeth cognatam suam contendebat. *Et ingressa domum Zachariae, salutavit Elisabeth, angelum imitata.* Ut autem audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans prae iubilo in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth.¹ Vox igitur Mariae efficax fuit, et Spiritu sancto replevit Elisabeth: ac velut ex perenni quodam fonte, instrumento linguae, flumen charismatum per prophetiam cognatae suaem emisit: et pedibus infantis in utero colligatis [al. colligati], saltum et exsultationem suppeditavit. Quod quidem miraculosi tripudii symbolum signumque erat. Nam ubi gratia plena advenit, gaudio cuncta repleta sunt. *Exclamavit autem magna voce Elisabeth, ac dixit: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?*² *Benedicta tu in mulieribus.* Tu quippe ipsis principium reparationis [al. resurrectionis] effecta es. Tu fiduciam in paradisum introitus nobis dedisti, et antiquum dolorem luctumque fugasti. Non enim

¹ Lc. I, 40, 41.

² Lc. I, 42, 43.

ἀρχαίαν ὁδύνην ἔδιωξας. Οὐκέτι γάρ μετὰ σέ, τὸ γένος τῶν γυναικῶν ὀνειδίζεται. Οὐκέτι οἱ κληρονόμοι τῆς Εὔας φοβοῦνται τὴν ἀρχαίαν κατάραν, οὐδὲ τοῦ τοκετοῦ τὴν ὡδῖνα. Ἐπειδὴ Χριστὸς ὁ τοῦ γένους ἡμῶν Λυτρωτής, ὁ Σωτὴρ ὅλης τῆς φύσεως, ὁ πνευματικὸς Ἀδάμ, ὁ τοῦ χοϊκοῦ τὴν πληγὴν ἵασάμενος ἐκ τῆς ἀγίας γαστρός σου προέρχεται. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Ὁ γάρ πάντων τῶν ἀγαθῶν φυτουργός, σὸς καρπὸς ἀναδέδεικται. Λαμπρὸς μὲν δρῶμεν καὶ τῆς στείρας τὰ ῥήματα· λαμπρότερα δὲ πάλιν ἡ ἀγία ἐφθέγξατο Παρθένος, καὶ φόδην τῷ Θεῷ εὐχαριστίας, καὶ εὐώδίας, καὶ θεολογίας γέμουσαν τῷ Θεῷ ἀνατίθησιν· μετὰ τῶν ἀρχαίων τὰ νέα καταγγέλλουσα· μετὰ τῶν ἀπ' αἰώνος τὰ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κηρύττουσα, καὶ ἐν βραχεῖ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιωσαμένη τοῦ Χριστοῦ τὰ μυστήρια. « Εἶπεν δὲ Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Καὶ ἡγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου », καὶ τὰ ἔξη. « Ἀντελάθετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους αὐτοῦ, καὶ ἡς ἔθετο [Ἄλ. διέθετο] διαθήκης τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἔως αἰώνος ». Θεωρεῖς πῶς ἡ ἀγία Παρθένος, καὶ τὴν πατριαρχικὴν ὑπερέδαλεν τελειότητα, καὶ βεβαιοῦ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ διαθήκην, λέγοντος· « Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ ». Διὸ

amplius post te mulierum genus vituperatur; non amplius haeredes Evae antiquam maledictionem timent, neque partus dolorem reformidant; quoniam Christus humani generis Redemptor, Salvator universae naturae, spiritalis Adam, terreni hominis vulnus curans, ex sancto tuo utero procedit. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* Omnia enim bonorum plantator tuus fructus effectus est. Praeclaras quidem videmus, etiam sterilis Elisabeth verba; at illustriora vicissim sanctissima prolocuta est Virgo, et canticum Deo gratiarum actionis, bonique odoris, ac theologiae plenum retribuit, cum antiquis nova annuntians, cum iis quae a saeculo et ab initio, ea quae in saeculorum consummatione acciderunt praedicans, brevique sermone Christi mysteria summatim perstringens. *Ait autem Maria: Magnificat anima mea Dominum.* Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo, et quae sequuntur. *Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae, ac testamenti quod disposuit cum Abraham et semine eius in saecula.*¹ Vides quo pacto sanctissima Virgo etiam patriarchicam superaverit perfectionem, confirmaveritque testamentum Dei ad Abraham, dicentis: *Hoc est testamentum, quod statuam inter me et te.*² Ideoque

¹ Lc. I, 46 ss.

² Gen. XVII, 11; Rom. IV, 11.

έλθων κυροῖ [ἄλ. πληροῖ] τὴν πρὸς Ἀδραὰμ διαθήκην, μυστικῶς τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς ἀναδεξάμενος, καὶ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν γενόμενος. Ταύτης οὖν τῆς προφητείας [ἄλ. ταύτην οὖν φάδην] τὴν φάδην ἡ ἁγία Θεοτόκος τῷ Θεῷ ἀνέπεμπεν [ἄλ. ἀπένειμε], λέγουσα· «Μεγαλύνει ἡ ψυχή * μου τὸν Κύριον. Καὶ ἡγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου, ἐπὶ τῷ Θεῷ σωτῆρί μου. "Οτι ἐποίησέν μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός, καὶ ἄγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ». Θεοτόκον γάρ ποιήσας με, πάλιν παρθένον διεφύλαξεν· καὶ διὰ τῆς ἐμῆς γαστρός, πασῶν γενεῶν εἰς ἀγιασμὸν ἀκακεφαλαιοῦται τὸ πλήρωμα. Πᾶσαν γάρ ἡλικίαν ηὔλογησεν, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, νεανίσκων καὶ παίδων, καὶ γερόντων. [...] "Ολον γάρ τὸν κλῆρον τῶν θείων ἀγαθῶν ὁ ἐκ Παρθένου τεχθεὶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰς τὰ ἔθνη μετατέθηκεν. «'Αντελάθετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ»· καὶ οὐ τοῦ τυχόντος Ἰσραὴλ· ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, δοστις τῷ ἔργῳ ἔξευγενίζει τοῦ Ἰσραὴλ τὴν εὐγένειαν. Καὶ διὰ τοῦτο, παῖδα καὶ κληρονόμον αὐτὸν ἡ Θεοτόκος ἐκάλεσεν [ἄλ. ἐδήλωσεν]. Κάμνοντα γάρ εὑρὼν τῷ γράμματι, καὶ τῷ νόμῳ κοπιῶντα, τῇ χάριτι παρεκάλεσεν.

^{PG}
^{10, 1169} [...] Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς Λόγος σάρκα καὶ τέλειον ἀνθρωπον ἐκ γυναικὸς ἁγίας Παρθένου ἀναλαβεῖν κατηξίωσεν, καὶ ἐγεννήθη ἀνθρωπος, ἵνα 1984

*1167 veniens, suum ad Abraham confirmat [al. adimplet] testamentum, * mystice signum circumcisionis accipiens, et plenitudo legis ac prophetarum effectus. Huius igitur prophetiae canticum [al. hoc igitur canticum] sancta Dei Genitrix Deo remittebat [al. retribuit], dicens: *Magnificat anima mea Dominum. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.*¹ Deiparam quippe me faciens, vicissim me virginem conservavit; et per meum ventrem, cunctarum generationum, in sanctificationem, summatim colligatur plenitudo. Omni enim aetati benedixit, virorum pariter ac mulierum, adolescentulorum ac iuvenum, senumque. [...] Nam universam divinorum bonorum sortem, qui ex Virgine natus est Christus Deus noster, in gentes transtulit. *Suscepit Israël puerum suum,*² et non quemvis Israëlem, sed puerum suum: qui reipsa Israëlis nobilitatem illustrat: atque ideo ipsum filium et haeredem Dei Genitrix appellavit [al. declaravit]. Cum enim in littera et lege illum laborantem invenisset, per gratiam vocavit.

^{PG}
^{10, 1170} [...] Et propterea Deus Verbum carnem et perfectam humanam naturam ex muliere sanctissima Virgine assumere dignatus est, et homo natus est, ut debitum nostrum persolveret, et usque ad 1984

¹ Lc. I, 46 ss.

² Lc. I, 54.

ἐκτίση τὸ ἡμέτερον δόφλημα, καὶ πληρώσῃ μέχρις ἔσωτοῦ, τῆς πρὸς Ἀδραὰμ διαθήκης, περιτομῆς τε καὶ τῶν ἐφεξῆς νομίμων τὰ ἐντάλματα. Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους, ἡ ἀγία Παρθένος εἰς τὴν Ναζαρὲτ ἐπορεύετο· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν δόγμα Καίσαρος εἰς τὴν Βηθλέεμ ἀνελθεῖν αὐτὴν παρεσκεύασεν· αὕτη δὲ ὡς ἀπὸ τῆς βασιλικῆς πατριᾶς προϋπάρχουσα, εἰς τὴν βασιλικὴν τοῦ Δαβὶδ πατριὰν μετὰ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστῆρος ἐστέλλετο. Καὶ τὸ τοῦ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος ἡκολούθει μυστήριον. Παρθένος τίκτουσα, καὶ χερσὶ βαστάζουσα τὸν ὥρματι πᾶσαν τὴν κτίσιν βαστάζοντα. «Καὶ οὐδὲ τόπος ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι». Τόπον οὐκ εἶχεν ὁ πᾶσαν τὴν γὴν τῷ ὥρματι θεμελιώσας. Γάλακτι τρέφουσα τὸν πᾶσαν πνοὴν διατρέφοντα, καὶ ζωογονοῦντα. Σπαργάνοις δεσμοῦσα τὸν λόγῳ πᾶσαν τὴν κτίσιν δεσμεύοντα. Ἐν φάτνῃ ἀνέκλινεν τὸν ἐπὶ καθέδρας χερουδίμιν ἐποχούμενον. Φῶς ἐξ οὐρανοῦ περιέλαμπε τὸν πᾶσαν τὴν κτίσιν φωτίσαντα. Στρατιαι οὐράνιαι δοξολογοῦσαι παρίσταντο τῷ πρὸ αἰώνων ἐν οὐρανοῖς δοξαζομένῳ. Ἀστήρ δρόμουχῶν κατεμήνυεν τοὺς ἐκ γῆς πόδράθεν ἐλθόντας πρὸς τὸν ὄντως ἀνατολήν. Ἐξ Ἀνατολῶν ἡκασι δωροφοροῦντες τῷ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντι· ἡ δὲ ἀγία Θεοτόκος συνετήρει τὰ ὥρματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, ὡς

se ipsum, testamentum cum Abraham dispositum, circumcisionis, ac caeterorum legalium praeceptorum adimpleret.¹ Post hos porro sermones concessit in Nazareth sanctissima Virgo; inde vero rursus in Bethlehem per edictum Caesaris ascendere coacta est; ipsa autem tamquam ex regia familia procedens, in regiam David patriam cum Ioseph sponso mittebatur. Et mysterium quod omne miraculum superat consecutum est: Virgo parit, et manibus gestat eum qui verbo res omnes creatas gestat. *Neque locus erat eis in diversorio.*² Locum non habebat, qui totam terram verbo fundavit. Lacte virgo mater pascebat eum, qui omnem nutrit vivumque producit spiritum. Fasciis involvebat eum, qui verbo omnem ligat creaturam. In praesepio reclinabat eum, qui in cathedra supra cherubim vehitur.³ Lux e coelis circumfulgebat eum, qui omnem illuminat creaturam. Coelestes exercitus glorificantes assistebant ei, qui ante saecula glorificatur in coelis. Stella praelucens ducatum praestabat eis,⁴ qui ex longinquis venerant regionibus ad eum qui vere oriens erat. Ex Oriente veniunt, munera deferentes ei qui pauper propter nos factus est.⁵ Sanctissima porro Dei Genitrix conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo; velut quae omnium misteriorum vas ac recepta-

¹ Gen. XVII; Ps. CIV; Rom. IV; Act. VII.

² Lc. II, 7.

³ Ps. LXXIX, 2.

⁴ Matth. II, 9.

⁵ II Cor. VIII, 9.

όλων τῶν μυστηρίων ὑπάρχουσα δοχεῖον. Σοῦ μέν, ὡς παναγίᾳ Παρθένε, ἀνώτερος πάσης εὐφημίας ὁ ἔπαινος, διὰ τὸν ἐκ σοῦ Θεὸν σάρκα φορέσαντα, καὶ γεννηθέντα ἄνθρωπον. Σοὶ πᾶσα φύσις ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων [ἴσ. ὑποχθονίων] σέβας προσφέρει τὸ πρόσφορον. Σὺ γάρ ἀληθῶς θρόνος χερουδικὸς ἀναδέδειξαι. Σὺ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν νοητῶν [ἄλ. νότου] βασιλεῖῶν, φωτὸς ἀπαύγασμα ἀπαστράπτεις· ἔνθα δοξάζεται Πατήρ ὁ ἄναρχος, οὗ τὴν δύναμιν ἔσχες ἐπισκιάζουσαν· προσκυνεῖται ὁ Γεός, ὃν κατὰ σάρκα σὺ τέτοκας· δοξολογεῖται [ἄλ. δοξάζεται] Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἐν τῇ γαστρὶ σου, τὴν γέννησιν τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἐνήργησεν. Διὰ σοῦ, κεχαριτωμένη, Τριάς ἀγία καὶ ὁμοούσιος ἐν τῷ κόσμῳ γνωρίζεται. Μετὰ σοῦ, καὶ ἡμᾶς καταξίωσον μετασχεῖν τῆς τελείας σου χάριτος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὖ, τῷ Πατρὶ δόξα, ἡμα τε τῷ ἀγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς αἰώνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν [ἄλ. ὃ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν].

^{PG}
10, 1172 Homilia III. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα, πάλιν ἀνάκλησις, πάλιν ἐπάνοδος, πάλιν εὐφροσύνης ἐπαγγελία, πάλιν δουλείας ἀπαλλαγή. Ἀγγελος μετὰ Παρθένου λαλεῖ· ἵνα μηκέτι γυναικὶ ὀμιλήσῃ ὁ ὄφις. «Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, φησίν, ἀπεστάλη ὁ ἀγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ

1985

eulum esset. Tua sane, o sanctissima Virgo, laus omnem prorsus laudem, propter Deum ex te incarnatum ac hominem natum, excedit. Tibi omnis creatura, in coelis ac terris et apud inferos, reverentiam ac cultum convenientem offert. Tu enim vere thronus evasisti cherubicus. Tu in summis spiritualibus regnis [al. in supremis austri regnis], lucis splendore coruscas: ubi glorificatur Pater, omnis principii expers, cuius obumbrantem habuisti potentiam; adoratur Filius, quem secundum carnem peperisti; celebratur [al. glorificatur] Spiritus sanctus, qui in tuo utero nativitatem magni Regis peregit. Per te, o gratia plena, Trinitas sancta et consubstantialis in mundo cognoscitur. Tecum, et nos dignare participes efficere perfectae tuae gratiae, in Christo Iesu Domino nostro: cum quo, Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen [al. cui gloria et potentia, in saecula saeculorum. Amen].

^{PG}
10, 1171 Homilia III.¹ Rursus bona fausta gaudii nuntia, rursus libertatis indicia, rursus revocatio, rursus reversio, rursus laetitiae promissio, rursus a servitute liberatio. Angelus cum Virgine loquitur: ut non amplius cum muliere serpens loquatur. *Mense sexto, inquit, missus est angelus Gabriel a Deo ad virginem desponsatam viro.*²

1985

¹ Viri docti attribuunt *Homiliam* hanc Proclo vel Gregorio Thaumat. aut Chrysostomo aliisque saec. v (cf. RPhTh, 540).

² Lc. I, 26, 27.

πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί». Ἐπεστάλη Γαβριήλ, τὴν παγκόσμιον μηνύσαι σωτηρίαν. Ἐπεστάλη Γαβριήλ, φέρων τῷ Ἀδὰμ ὑπογραφὴν ἀνακλήσεως. Ἐπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον· ἵνα τὴν ἀτιμίαν τῆς θήλυος [ἴσ. Θηλείας] εἰς τιμὴν μεταβάλῃ. Ἐπεστάλη Γαβριήλ, ἔξιον εὐτρεπίσαι τῷ καθαρῷ νυμφίῳ τὸν θάλαμον. Ἐπεστάλη Γαβριὴλ, νυμφεύσασθαι τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Ἐπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς τὸ ἔμψυχον τοῦ Βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον. Ἐπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην μὲν τῷ Ἰωσήφ, τηρουμένην δὲ τῷ Ἰησοῦ Γίῳ τοῦ Θεοῦ. Ἐπεστάλη δοῦλος ἀσώματος πρὸς Παρθένον ἀμόλυντον. Ἐπεστάλη ὁ ἀμαρτίας ἐλεύθερος, πρὸς τὴν φθορᾶς ἀνεπίδεκτον. Ἐπεστάλη ὁ λύχνος, μηνύων τὸν "Ηλιον τῆς δικαιοσύνης. Ἐπεστάλη ὁ ὅρθρος, προτρέχων τοῦ φωτὸς τῆς ἡμέρας. Ἐπεστάλη ὁ Γαβριὴλ, αηρύσσων τὸν ἐν κόλποις τοῦ Πατέρος, καὶ ἐν ἀγκάλαις τῆς μητέρος. Ἐπεστάλη Γαβριὴλ, δεικνὺς τὸν ἐν θρόνῳ καὶ ἐν σπηλαίῳ. Ἐπεστάλη στρατιώτης, βοῶν τὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως μυστήριον· μυστήριον, φημί, τὸ πίστει γνωριζόμενον, οὐκ ἐρευνώμενον τῇ πολυπραγμοσύνῃ· μυστήριον προσκυνούμενον, οὐ ζυγοστατούμενον, μυστήριον θεολογούμενον, οὐ μετρούμενον. «Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον». Ποῖον μῆνα ἔκτον; Ποῖον; Ἄφ' οὖ ἐδέξατο Ἐλισάβετ τὰ εὐαγγέλια· ἀφ' οὗ τὸν Ἰωάννην συνέλαβε. Καὶ πόθεν τοῦτο, δῆλον; Ἐρμηνεύεται [ἄλ. ἐρμηνευέτω]

Missus est Gabriel, ut totius mundi salutem annuntiaret. Missus est Gabriel, ut revocationis subscriptionem Adamo deferret. Missus est ad virginem Gabriel, ut mulieris ignominiam in honorem commutaret. Missus est Gabriel, ut dignum purissimo sponso thalamum pararet. Missus est Gabriel, ut inter creaturam et Creatorem sponsalia contraheret. Missus est Gabriel ad animatum Regis angelorum palatium. Missus est Gabriel ad virginem, desponsatam quidem Ioseph, sed Iesu Filio Dei servatam. Missus est servus incorporeus ad virginem inviolatam atque immaculatam. Missus est a peccato liber, ad eam quae omnis corruptionis expers erat. Missus est Iychnus, qui Solem iustitiae indicaret. Missus est diluculi nitor, qui diei lumen praecurreret. Missus est Gabriel, ut eum qui in sinu est Patris, etiam in matris ulnis praedicaret. Missus est Gabriel, ut eum qui in solio sedebat, etiam in spelunca iacere ostenderet. Missus est miles, qui magni Regis mysterium proclamaret: mysterium, inquam, quod fide cognoscitur, et curiositate non indagatur; mysterium quod adoratur, et humano ingenio non ponderatur; mysterium quod divinis et non humanis rationibus expenditur. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem.* Sed quem hic sextum mensem dicit? Quemnam? Illum nimirum, ex quo laetum illud Elisabeth accepit nuntium: ex quo Ioannem concepit. Et unde hoc planum

δούτος ἀρχάγγελος, λέγων πρὸς τὴν Παρθένον· «'Ιδού, φησίν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήραι αὐτῆς. Καὶ οὗτος μὴν ἔκτος αὐτῆς, τῇ καλουμένῃ στείρᾳ». Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, λοιπὸν οὖν, ἔκτος μὴν συλλήψεως Ἰωάννου. "Εδει γάρ προφθάσαι τὸν στρατιώτην. "Εδει προλα-
*1173 δεῖν τὸν δορυφόρον· ἔδει προοδοιπορῆσαι τὸν μηνυτὴν τῆς Δεσποτικῆς πα-
ρουσίας. «Τῷ μηνὶ ἔκτῳ, ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνη-
στευμένην ἀνδρί»· μεμνηστευμένην, οὐ συνημμένην· μεμνηστευμένην, ἀλλὰ τη-
ρούμενην. Διὰ τί μεμνηστευμένην; ἵνα μὴ τάχιον μάθῃ ὁ ληστῆς τὸ μυστή-
ριον. "Οτι μὲν γάρ διὰ Παρθένου ἥξει ὁ Βασιλεὺς, ἥδει ὁ πονηρός· τῶν γὰρ

* 'Ησαίου καὶ αὐτὸς ἡκροᾶτο φωνῶν, τό· «'Ιδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει,
καὶ τέξεται υἱόν». Καὶ ἑκάστοτε εἰκότως παρετήρει τῆς Παρθένου τὸ φθέγμα,
ἵνα ὅπου ὅτι πληροῦται τὸ μυστήριον τοῦτο, προεξαρτύσῃ τὸν ψόγον. Διὰ
τοῦτο, ὁ Δεσπότης διὰ μεμνηστευμένης ἐλήλυθεν, ἵνα τὸν πονηρὸν λάθῃ, ἡ
γὰρ μνηστευθεῖσα κατηγγυᾶτο λοιπόν. «Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ
πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ὃς ὄνομα Ἰωσήφ». "Ακουσον τί περὶ
τούτου τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς Παρθένου ὁ προφήτης φησίν· Δοθήσεται τὸ ἐσ-
φραγισμένον τοῦτο βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα. Τί τὸ ἐσφραγισμένον βι-
βλίον, ἢ πάντως [ἀλ. εἰ μὴ πάντως] ἡ ἀμύλυντος Παρθένος; παρὰ τίνων δο-

fit? Id ipsem interpretatur [al. interpretetur] archangelus, ad Virginem dicens: *Ecce, inquit, Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quae vocatur sterilis.*¹ Mense sexto, scilicet conceptionis Ioannis. Conveniebat enim ut miles praecederet. Oportebat ut satelles anteverteret, decebat ut nuntius praecurreret, qui Domini adventum indicaret. *Mense sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro: desponsatam, inquam, non coniunctam; desponsatam quidem, sed servatam.* Cur desponsatam? Ne citius latro mysterium cognosceret. Quod etenim per virginem Rex venturus esset, improbum * non latebat; nam et Isaiae illa verba ipse audiebat: *Ecce virgo in utero habebit, et periet filium.*² Quare et quotidie Virginis vocem observabat, ut ubi mysterium hoc adimpleretur, infamiam praepararet. Atque ideo Dominus per desponsatam venit, ut improbum lateret; quae enim desponsata fuerat, deinceps sponso tradenda erat. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph.* Audi quid de hoc viro et Virgine dicat propheta: Dabitur, inquit, liber hic obsignatus viro scienti litteras.³ Et quis iste obsignatus est liber, nisi omnino immaculata Virgo? A quibus dabitur? Sacerdoti-

¹ Lc. I, 36.

² Isa. VII, 14.

³ Isa. XXIX, 11.

θήσεται; Παρὰ τῶν ἱερέων, δηλονότι. Τίνι τούτῳ; Τῷ τέκτονι Ἰωσῆφ. Ἐπεὶ οὖν οἱ ἱερεῖς ὡς σώφρονι τῷ Ἰωσῆφ ἥρμόσαντο τὴν Μαρίαν, καὶ παρέθεντο αὐτῷ, γάμου καιρὸν ἀναμένοντες, ἔμελλε δὲ οὗτος λαμβάνων τηρεῖν ἐν ἀφθαρσίᾳ τὴν Παρθένον· τοῦτο πόρρωθεν δὲ προφήτης προκανεφώνησεν· Διθῆσται τὸ ἐσφραγισμένον τοῦτο βιδίλιον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα, καὶ ἔρει· Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι. Διὰ τί οὐ δύνασαι, ὁ Ἰωσῆφ; Οὐ δύναμαι, φησίν, ἀναγνῶναι· τὸ γάρ βιδίλιον ἐσφράγισται. Τίνι τηρούμενον; Τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων κατοικητήριον φυλαττόμενον. Ἀλλ’ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· «Τῷ μηνὶ τῷ ἑκτῷ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον». «Ος πάντως που τοιαύτας ἐντολὰς δεξάμενος. Δεῦρο λοιπόν, ὁ ἀρχάγγελε, ὑπουργὸς γενοῦ φοβεροῦ μυστηρίου, ἀποκεκρυμμένου, διακόνισον τῷ θαύματι. Εἰς ἀναζήτησιν τοῦ πλανηθέντος Ἀδὰμ κατελθεῖν ὑπὸ τῶν ἐμῶν οἰκτιρμῶν, ἐπείγομαι. Ἡ ἀμαρτία τὸν κατ’ εἰκόνα τὴν ἐμὴν πλασθέντα ἐπαλαίωσεν, καὶ τὸ τῶν ἐμῶν χειρῶν δημιούργημα ἐσάθρωσεν, ἀμάρωσεν ὅπερ ἐπλασα κάλλος. Ὁ λύκος τὸ ἐμὸν κατανέμεται θρέμμα, ἔρημόν ἐστι τοῦ παραδείσου τὸ οἰκητήριον, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ὑπὸ τῆς φλογίνης δόμφαίας φυλάττεται, κέκλεισται τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον, ἐλεῶ τὸ πολεμηθέν, καὶ συλλαβέσθαι τὸν πολέμιον βούλομαι· λαθεῖν δὲ θέλω, πάσας τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, σοὶ μόνῳ θαρρῷ τὸ μυστήριον. Πρὸς τὴν οὖν Παρθένον Μαρίαν πορεύθητι. Ἀπελθε πρὸς τὴν

bus scilicet. Cuinam viro? Fabro Ioseph. Cum igitur sacerdotes Virginem Mariam casto despondissent Ioseph, eam ipsi commendarunt, tempus nuptiarum exspectantes; quam quidem ipse accipiens integrum erat conservaturus; quod et longe antea praedixerat propheta: Dabitur, inquiens, liber obsignatus viro scienti litteras, et dicet: Non possum legere. Cur non potes legere, o Ioseph? Non possum, inquit, legere; nam liber obsignatus est.¹ Cuinam servatur? Rerum omnium Creatori pro domicilio custoditur. Caeterum ad propositum redeamus: *Mense sexto, missus est Gabriel ad virginem.* Qui plane eiusmodi mandata a Deo acceperat: Adesum, o archangelo, minister tremendi et arcani esto mysterii; miraculo deservi. Ad requirendum Adam qui erraverat, meis commotus miserationibus, descendere propero. Peccatum inveteravit eum, qui ad imaginem meam formatus est, et opus manuum mearum debilitavit, pulchritudinemque a me confectam obscuravit. Lopus meum alumnum devorat, paradisi domicilium desolatur, lignum vitae a gladio flammeo custoditur,² campus deliciarum clausus est. Oppugnati misereor, et hostem comprehendere volo; mysterium hoc cunctas virtutes coelestes latere cupio, quod tibi soli confido. Vade igitur ad Mariam

¹ Ibid.

² Gen. III, 24.

ἔμψυχον πόλιν, περὶ ἣς ὁ Προφήτης ἔλεγεν· «Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ». Ἀπελθε πρὸς τὸν λογικὸν μου παράδεισον· ἀπελθε πρὸς τὴν πύλην τῆς ἀνατολῆς· ἀπελθε πρὸς τὸ ἄξιον ἐμοῦ τοῦ Λόγου κατοικητῆριον· ἀπελθε πρὸς τὸν δεύτερον ἐπὶ γῆς οὐρανὸν· ἀπελθε πρὸς τὴν κούφην νεφέλην· μήνυσον αὐτῇ τῆς ἐμῆς παρουσίας τὸν ὅμορον· ἀπελθε πρὸς τὸ ἐμοὶ ἥτοι μασμένον ἀγίασμα· ἀπελθε πρὸς τὴν παστάδα τῆς ἐνανθρωπήσεως. Ἀπελθε πρὸς τὸν καθαρὸν νυμφῶνα τῆς κατὰ σάρκα μου γεννήσεως. Λάλησον εἰς τὰ ὀτα τῆς λογικῆς κιδωτοῦ, ἐτοίμασαι μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ἀλλὰ μὴ θορυβήσῃς, μηδὲ ταράξῃς τὴν ψυχὴν τῆς Παρθένου. Ἐπιεικῶς τῷ ἀγιάσματι φάνηθι· πρώτην αὐτῇ φωνὴν χαρᾶς ἀναβόνσον. Σὺ εἰπὲ τῇ Μαριάμ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη»· ἵν' ἐγὼ * ἐλεήσω Εὕαν τὴν κεκακωμένην. Ἡκουσεν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα, καὶ καθ' ἑαυτόν, ὃς εἰκός, ἐλογίζετο. Ξένον τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ὑπερβαῦνον ἔννοιαν, τὸ λαλούμενον. Ὁ τοῖς χερουθὶμ φοβερός, ὁ τοῖς σεραφὶμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς οὐρανίαις [ἄλ. ἀγγελικαῖς] δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἰδικὴν συντυχίαν ἐπαγγέλλεται κόρῃ· αὐτοπρόσωπον παρουσίαν μηνύει, μᾶλλον δὲ εἰσόδον δι' ἀκοῆς ὑπισχνεῖται· καὶ ὁ τὴν Εὕαν καταδικάσας, τὴν αὐτῆς θυγατέρα τοσοῦτον δοξάζειν ἐπείγεται; Λέγει γάρ,

*1176

*1175

virginem. Abi ad animatam civitatem, de qua dicebat Propheta: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.*¹ Abi ad paradisum meum ratione praeditum; abi ad portam orientalem; abi ad domicilium Verbo meo dignum; abi ad alterum, quod in terra est, coelum; abi ad nubem levem, et adventus mei imbre ipsi annuntia; abi ad sanctuarium mihi praeparatum; abi ad incarnationis meae cubiculum. Vade ad purum meae secundum carnem nativitatis thalamum. Loquere in auribus arcae meae ratione praditae, ut auditionis mihi paret ingressum. Sed cave offendas, aut conturbes virginis animum. Humaniter ac placide coram divino illo sacrario compareas, primamque ipsi gaudii vocem enuntia. Tu illud, *Ave, gratia plena*, ad Mariam dicio; ut ego aerumnosae atque afflictiae miserear Evae. Audivit ista archangelus, et apud se, ut rationi consentaneum erat, cogitabat atque dicebat: Nova et inaudita haec res est. Intelligentiam superant, * quae dicuntur. Quem reformidant cherubim, quem seraphim intueri nequeunt, quem cunctae virtutes coelestes [al. angelicae] comprehendere intellectu non valent, is suum promittit puellae congressum, suaequae ipsius personae adventus denuntiat; imo vero ingressum per auditum pollicetur; et qui Evam condemnavit, eius filiam tantopere glorificare contendit? Ait enim: Paret mihi auditus ingressum. Sed nunquid poterit virginis uterus

¹ Ps. LXXXVI, 3.

έτοιμάσαι μοὶ τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ὄλλα μὴ δύναται γαστήρ χωρεῖν τὸν ἀχώρητον; "Οντως τοῦτο φοβερὸν τὸ μυστηριον. [...] Πῶς δὲ ἐνεγκεῖ Μαριάμ τῆς θεότητος τὸ πῦρ; Ὁ θρόνος σου φλέγεται τῇ αἰγλῇ περιλαμπόμενος, καὶ δύναται σε φέρειν ἡ εὐκατάφλεκτος παρθένος; Καὶ δὲ Δεσπότης φησίν· Ναί, εἰ ἔδλαψεν τὸ πῦρ ἐν ἑρήμῳ τὴν βάτον, βλάψει πάντως καὶ Μαρίαν ἡ ἐμὴ παρουσία. Εἰ δὲ ἐκεῖνο τὸ πῦρ τὸ σκιογραφῆσαν τὴν τοῦ θείου πυρὸς ἐξ οὐρανοῦ παρουσίαν, ἤρδευσεν τὴν βάτον, καὶ οὐκ ἔφλεξεν· τί ἀν εἴποις, περὶ τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐν φλογὶ πυρός, ἀλλ' ἐν σχήματι ὑετοῦ καταδαινούσης; Τότε * λοιπὸν δὲ ἄγγελος ἐξεπλήρου τὸ προσταχθέν, καὶ πρὸς τὴν Παρ-^{*1177} θένον εἰσελθών, ἔβόησεν πρὸς αὐτήν, λέγων· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, δὲ Κύριος μετὰ σοῦ». Οὐκέτι δὲ διάδολος κατὰ σοῦ· ὅπου γάρ τὸ πρότερον ἔτρωσεν δὲ πολέμιος, ἐκεῖ πρῶτον νῦν δὲ ἵστρος τῆς σωτηρίας τὴν ἐμπλαστρὸν ἐπιτίθησιν. "Οθεν ἐξῆλθεν δὲ θάνατος, ἐκεῖθεν ἡ ζωὴ τὴν εἰσόδον ἐτεκτήνατο. Διὰ γυναικὸς ἐρρέει τὰ φαῦλα, καὶ διὰ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Μή, ὡς αἰτίᾳ καταδίκης, αἰσχύνου. Μήτηρ γάρ τοῦ καταδικάσαντος καὶ λυτρώσαντος γίνη. Χαῖρε, τοῦ χηρεύοντος κόσμου, νυμφοτόκε ἀμίαντε. Χαῖρε, ἡ ἐν μήτρᾳ τὸν τῆς μητρὸς βυθίσασα θάνατον. Χαῖρε, δὲ ἐμψυχος ναὸς τοῦ Θεοῦ. Χαῖρε, οὐρανοῦ καὶ γῆς ἴσσρόπον οἰκημα. Χαῖρε, τῆς

illum capere, qui comprehendi nequit? Mysterium revera tremendum ac venerandum est istud. [...] Quomodo vero Maria divinitatis feret ignem? Thronus tuus splendore illustratus accenditur, et virgo te ferre poterit, ut non comburatur? Cui Dominus: Imo vero, inquit, si ignis in solitudine laesit rubum,¹ laedet omnino et Mariam meus adventus; at si ignis ille, qui divini mei ex coelo ignis adventum designabat, rubum rigavit, non combussit; quidnam de ipsa veritate dixeris, non in flamma ignis, sed in specie pluviae, descendente?² Tunc igitur angelus, Dei iussa in se recipiens et exsequi volens, Virginem adiit, et clara eam voce compellavit, dicens: *Ave, * gratia plena, Dominus tecum.*³ Non amplius diabolus erit contra te; nam ubi antea hostis ille vulnus infixit, illie primum nunc medicus salutis medicamentum adhibet. Unde mors prodiit, inde vita sibi ingressum paravit. Per mulierem mala fluxerunt, et per mulierem bona emanant. *Ave, gratia plena.* Ne, quod mulier damnationis causa exstiterit, erubescas: Iudicis enim et Redemptoris tu mater eris. *Ave, immaculata, viduati orbis sponsa simul et mater.* *Ave, animatum Dei templum.* *Ave, coeli et terrae aequivalens dignumque domi-*

*1178

¹ Exod. III, 2.

² Ps. LXXI, 6.

³ Lc. I, 28.

ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἔχόντων, ἐπέστη δὶ’ αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν δὲ ἵατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, δὲ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ δὲ ἀχείμαστος λιμήν.

SERMO DE SIMEONE ET ANNA¹

PG 18, 352 II. [...] «Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ δρθὰ τοῖς εὐρίσκουσι γνῶσιν». 1986

Ίδού γάρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ Παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ Σαδαώθ. Ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρὸς σὲ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα Κύριον. Ἐπὶ τοῦτον τὸν παρθενικὸν φημι θρόνον προσκύνησον τὸν πρὸς σὲ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στειλάμενον.

PG 18, 353 III. [...] «Πᾶν ἄρσεν, διανοῦγον μήτραν, ἄγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται». 1987

“Ω τοῦ θαύματος! “Ω βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ”Επρεπε γάρ τῷ Κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπράξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτὴν συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. Διὰ τοῦτο ἡ ὑπερτέρα νόμου Μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγῆς τὸν κατὰ τῶν ἀναγῶν

cilium. Ave, naturae illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque haec ita se habeant, adest per eam aegrotantibus medicus; in tenebris sedentibus, sol iustitiae; cunctis vero tempestate iactatis, anchora portusque tutissimus.

PG 18, 351 II. [...] *Omnia sunt obvia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam.*² Ecce enim, ceu thronus sublimis et elevatus, ob eius gloriam qui est fabricatus, Virgo Mater regi Domino Sabaoth, spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc omnibusque laudibus prosequendam ad te profecitionem adornavit.

PG 18, 354 III. [...] *Omne masculinum, adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.*³ O res miranda! O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei.⁴ Decebat videlicet Dominum legis et prophetarum, ut iuxta propriam ipse legem omnia conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret: ac dehinc legis termino, gratiae suae principium adiungeret. Quamobrem, legi superior Mater se legi submittit: san-

¹ Sermo hic, secundum doctos Viros, non est *S. Methodii* (sicut invenitur in PG 18, 348-381), sed *Anonymi* saec. v vel vi (cf. RPhTh, 540).

² Prov. VIII, 9.

³ Exod. XXXIV, 19.

⁴ Rom. XI, 33.